



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Ioannis Azorii Lorcitani, Societatis Iesv Presbyteri  
Theologi, Jnstitvtiones Morales**

In Qvibvs Vnivers[a]e Qvaestiones ad Conscientiam recte aut prauè  
factorum pertinentes, breuiter tractantur

**Azor, Juan**

**Coloniae Agrippinae, 1616**

20. De ijs quæ inte Canonico, & Diuino sunt Rom. Pont. reseruata.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14007**

599  
 Francorum Childerico non esse Romani Pontificis auctoritate regnum ademptum, & Pipino datum, sed Procerum suffragiis Childericum regno priuatum, in monasterium detrusum fuisse, & Pipinum Regem creatum. Nam Ado Viennensis in Chronico, anni 749, ita scriptum reliquit: [Pipino, per Brocardum Herbipolensem Episcopum ad sedem Apostolicam referente, Zacharias Papa respondit: Regem potius illum debere vocari, qui tempore publicum regeret: Vnde per consilium Legatorum, & Zachariae Franci Pipinum sibi regem constituerunt.] Et Sigebertus in Chronico anni 750 Childericus, inquit, Rex Francorum in Monachum tonsuratur: Pipinus Princeps auctoritate Apostolica & electione Francorum a S. Bonifacio Meguntino archiepiscopo in regem ingeritur, & consecratur. Aymonius lib. 4. cap. 61. refert: Pipinum Procerum suffragiis fuisse regem electum. Glossa itidem in cap. Alius supra citato in verbis. Dicuntur, ait: Dicitur deponit, quia deponentibus confitit. His argumentis Matthus Pataurus olim in lib. de translatione Imperii. cap. 6. & postea Hottomanus in sua Francogallia. cap. 13. testantur, commentum esse, quod dicitur de Zacharia, qui Francorum regem Childericum e regno deiecerit. Pipinum creati iusterit: Quoniam vera, inquit, his storia est. Procerum, & civitatum suffragiis in publicis Comitiis Pipinum esse regem electum; & regnum Childerico abrogatum. Sed profecto Matthus & Hottomanus nihil aliud contendunt, nisi schisma, & heresies etiam in Ecclesia excitate. In primis Sigebertus, quem profecti auctores citant, plane & aperte testatur, auctoritate Apostolica, & electione Francorum Pipinum Principem electum: ergo electionem dicit auctoritate Apostolica factam. Et Regino in Chronico: Iussit, inquit, Papa per auctoritatem Apostolicam Pipinum regem creari, & Sancta unitio oleo ungi, ne perturbaretur Christianitatis ordo. Lambertus anno 748. Pipinus, ait, decretu Zacharia per vindicationem S. Bonifacii Archiepiscopi rex appellatus est, qui antea Magister donum vocabatur. Idem Matthus Scottus. Abbas Vespensis anno 750. Zacharias consultus auctoritate sua infit Pipinum regem constituit. O. ho Friesenensis libro 5. cap. 22. Zacharias consultus respondit, & ipsius auctoritate Pipinus a Bonifacio Archiepiscopo Meguntino, & aliis Regni Principibus in regem eligitur. Idem quoque refecit Landolphus.

Tota igitur questio est. An Childericus sit e regno pulsus, & Pipinus rex creatus consilio tantum & consensu Romani Pontificis, an vero eius tantum iussu, & auctoritate? Non negamus nos, quod falso Matthus & Hottomanus putarunt. Pipinum esse communi civitatum, & Procerum suffragio regem electum; sed accedente quoque Zacharia Pontificis auctoritate. Negant id auctoritate Pontificis factum, sed consilio dumtaxat; timent ubi nihil timere debent. Timent ne penes Romanum Pontificem sit libera potestas eligendorum, mutandorum, & creandorum regum; cum tamen, inquit, Francorum reges regum Pontificis accepimus non referant. Timent, quod putant Bonifacium Octauum in constitutione. Vnam sanctam, & Maiori. & obed. inter Extrauagantes communes, sanxi se posse Romanum Pontificem libere reges & principes constitutre, & regnum adimere. Et citant Platinam dicentem de Bonifacio Octauo. Moritus Bonifacius ille, qui Imperatoribus, Regibus, Principibus, Nationibus, & Populis timorem incutiebat, qui que dare Regnum, & auferre pro arbitrio suo conabatur. Sic ille. Sed nihil est quod timant. Nec enim catholici vnuquam tradiderunt, posse Romanum Pontificem pro suo arbitrio regna dare, vel tollere, sed tantummodo iustis ex causis, atque id iuris & potestatis a Christo accepisse. Nec Bonifacius Octauus in sua illa constitutione definiuit posse a Romano Pontifice pro libera sui animi voluntate reges institui & deflui, sed tantummodo iustis ex causis, quod idem iam ante Innocentius Terrius, & Innocentius Quartus constiterunt. Et alii Pontifices multo ante iam fecerant. Nec mens Bonifacii fuit, ut Franci regnum Romano Pontifici accepimus referrent: sed vagno secerent, Christianos

reges, eo quod sint Christi oves, eius vicario esse subiectos, & eorum regna & imperia ita a Romano Pontifice pendere, vt iustis & certis ex causis abrogari & admisari sint.

Secundo alii obiciunt: Sepe in iure Canonico, & genere legimus Imperium esse Dei concessum da uni, inde ministerio, & opera populorum, vel militum impotestrem eligentium, ergo Romanum Imperium non Romanum Pontificis auctoritate constitutum. Respondet: nec in hoc etiam est quod Harelici calumniantur, quod nos catholici Roman Pontificis adulemur: nec enim degemus, Romanorum Imperium ante pontificiam potestatem esse iustum: sed contendimus, Imperatores, qua ratione Christiani sunt, supremo Christi vicario tanquam oves suorum pastorum subiecti, & tanquam filios suo patri subiecti, & tanquam capiti membra, unum est corpus Ecclesiae, hucus corporis unum est caput, quod est Roma Pontificis non Imperatoris, & Imperium Romanum auctoritate Pontificis a Grecis in Germanos translatum fatetur. Nolamini harelici id factum fuisse Romanum Pontificis auctoritate, sed principum Germanorum suffragiis, quamvis summi quaque Pontificis consilium & contentus accesserit: at harenici veteres tradiderunt, id decreto & auctoritate Romanum Pontificis constitutum. Et quidni Pontificis auctoritate factum esse credamus, cum id iustissima causa postulauerint? Erant enim Greci Imperatores magna ex parte Schismatici, Harelici, factilegi, Romanae, & Latiane Ecclesiae infectatores, hostes: Communis item Italia pax, tranquillitas, & salus perturbabatur periclitata batueque, Saracenis & aliis impiis gentibus assidue in eam irumpentes, & hostilibus non solum animis, sed etiam armis oppugnantes. Egebant ergo res publica Christiana Imperatore, qui tanquam Ecclesiae patronus, & defendet eam protegeret, tucretur, conservaret. Quibus ex causis, & id genus alius ingenio profitemur, penes Romanum Pontificem esse potestatem non solum spirituali, qua subditos sibi Principes & sacris, & piorum communione proli: beat, & qua populos ipsi subiectos a Sacramenti, & iuri: siuandi religione & vinculo soluat: sed etiam qua possit regna abrogare, transferre, mutare, & dare, ob communem Ecclesiae, & reipubl. Christianae salutem, & ob Principum indignam administrationem.

## C A P. X X.

De iis, qua iure Canonico, & diuino, sunt Romanorum Pontificis reservata.

Iuris Canonici Doctores alii plura, alii pauciora contentantur inter ea, que soli Rom. Pontificis referuntur. Glossa in cap. 1. & in cap. Quod translationem, de translat. Episcop. & in cap. suis viris, de excessu Praef. vnde decim tantum contentet hisce versiculis contenta.

Restituit Papa solus deponit, & ipse, Articulos soluit: Synodus celebrat Generalem, Transfert, & mutat: Appellat nullus ab ipso, Disiudit, ac unit: Eximit atque probat. Hos etiam versiculos ponit Goffredus in summa Reynius veto viginti quatuor testatrix Iure Pont. Rom. referuntur. At Host. sexaginta refert his versibus inclusa.

*Sicut si Catholicus, Papam non indicat vultus.*  
*Erigit, & subiicit Cathedras, & disiudit, unit:*  
*Mutat vota Crucis: restaurat, & eximit, ad se*  
*Maiores causas referuntur, legitimatas.*  
*Promovet, appellare vetat, prohibet proficeri.*  
*Deponit, transfert, supplet, remittit illi*  
*Praeful, & exceptus, Simon, Iurans, anathema.*  
*Vel proprium, vel legatis, vel levi viriisque*  
*Nequam participans, & si quem sponte salutat.*  
*Quemque Canem damnat, sibi soli quando referunt,*  
*Soluitur a Papa necnon quem regula damnat.*  
*Addas suspensum, & cum causa referunt ad ipsum,*

Rescripti

Rescripti ac fides dubium: confert bona plura,  
Irritat infectum, legem condit generalem:  
Approbat, Imperium firmat, deponit, & vngit.  
Conclivum generale facit, sanctis quoque sanctos.  
Eni non esse facit, non eni fore: pallia semper  
Portat, concedit: legi nec subdatur ulli.  
Appellatur ad hunc medio sine, iudiciumque  
Est pro lege suum, Monachum reuocat renuentem,  
Maius adulterio soluit: generaliter arctat,  
Et laxat quidquid sponjis notes. Ordinatus extra  
Tempora, dando sacrum: promotum promovet idem,  
Ordinatus, a quo die, qua consecratur, & ipse:  
Vivuntque locum concedit, iureque prisa: est:  
Insignis, laico sacra donat, Ch. fina ministro.  
Summa fidei fides, pleniusque Vicarius extat.

Ex quamvis Speculator ostegiata nouem priuilegia  
Rom. Pont. conuiceret: sufficit: a nra ea, quæ Hostien-  
sis predictis verbis complexus est, breuiter explicare.

Primum est, Papam nemini sub. jci, & à nemine iudica-  
trice, aliorum 9. q. 4. nisi in crimen hereticis. c. Pap. d. 40.

Secondum est: causas episcoporum, & superiorum An-  
tistitutum, hæc enim maiores in iure dicuntur ad ipsum re-  
ferri, & ipsius sententia dirimi, & componi. Quare ipse sol-  
lus è loco in locum episcopos translat. c. Quod translatio-  
ne, &c. Inter corpora de Translat. idem iuris est de translat.  
Abbatum exemptorum. Solus ipse episcopos, è gradu  
dignitatis deiicit, c. quamvis, &c. ad dudum 3. quæst. 5. & 6. &  
idem iuris est, de Abbatibus exēptis deiiciendis, aut Ec-  
clesias Cathedrales coniungit, aut diuillet, aut aliqua ra-  
tione mutat. c. Quod translat. & c. I. & c. Inter corpora. de  
translat. solus item ipse ecclesiam erigit & constituit ca-  
thed. c. felix. c. pres. 16 q. 1.

Tertium: solus Papa mutat, aut soluit, aut laxat, aut  
redimit votum castitatis, aut peregrinationis Hierosolym-  
itanæ, gratia iuandi Christianos qui ibi commorantur.  
c. Quod super his, & c. ex multa, de voto. Iure quidem an-  
tiquo horum tantum duorum votorum relaxatio, vel  
commutatio, sive redemptio illi reseruatur: & com-  
mutatio, sive relaxatio, quæ quis votet in Religionem in-  
gressum, aut peregrinationem ad SS. Apostolorum Petri, &  
Pauli limina, vel ad S. Iacobum Apost. Compostellani  
in Hispania, consuetudine coepérunt olim reseruari: sed  
deinde haec tria vota iure novo in Constitut. Sixti IV. Ro-  
man. Pontif. reseruantur. Extra. Et si Dominici in te com-  
pens. & remiss.

Quartum: solus Papa eximit, & excipit aliquos à iure  
& potestate Episcoporum. Glossa communis consensu recepta  
in cap. frater 16. q. 1. & c. 1. de Privil. in 6. sic solus ipse eximit  
episcopos ab Archiepiscopis. & frater 16. q. 1.

Quintum: Omnes maiores causæ ad sedem Adem A-  
postolicam referuntur. c. 2. de translat. c. Maiores. de Baptis-  
mo, & i. de iuramento Calumnia. Porro causæ maiores cen-  
sentur, quæ spectant ad articulos Fidei intel-  
ligendos, ad Canonicos libros discernendos: ad sensum  
sacramentum literarum declarandum, approbandumque: ad  
interpretanda quæ dubia sunt, vel obscura in controv-  
erſiū fidei, in iure Canonico, vel diuino; item ad declaran-  
dam, quæ ad sacramenta pertinent, videlicet, ad mate-  
riam, formam, ministerium, & sibi huiusmodi. 24. quæst. 1. c.  
quæst.

Sextum: solus Papa aliquos legitimis natalibus resti-  
tuit, quod attineret ad ea, quæ spiritualia sunt, c. per venera-  
bilem, qui sibi sunt legit.

Septimum: Ipse solus restituuit eos, qui solemniter tui sunt  
è Clericorum gradu defecti. Glossa in c. Ideo 2. q. & c. extua.  
§. vlt. de Clericis non resid.

Ostatum: Solus ipse ad tres Ordines ecclesiasticos sa-  
cros promouere potest eos, qui nondum ad legitimam æ-  
tatem peruererunt. c. cum in cunctis, de Elect. aut eos, qui  
sunt bigami. c. 1. de bigamis in 6.

Nonum: Nullus potest sententia Roman. Pontificis

appellare. cap. cuncta per mundum. 9. question. 3.

Décimum: solus ipse potest professionem Religionis  
irritam facere, hoc est, statuere, ne rata, & firma sit, si fiat  
ante certos ætatis annos, aut certa formula minime serua-  
ta, communis sententia ex c. ad nostrum. c. significatum, & cap.  
qua in insulis de regulari.

Vnde decimum: solus ipse suppleret, quod in contractibus  
defuit. c. Illa quorundam. de Elect. & cap. 1. de translat. hoc lo-  
cum habet, quando aliquid quod ius Canonicum requiri-  
at, ac postular, omnissimum est.

Duodecimum: Ipse solus admittit renunciationes episcoporum,  
& aliorum etiam inferiorum, qui sunt ab Ordinariis exempti, & colliguntur ex c. Si Abbatis. de Elect. in 6.

Décimum tertium: Ipse solus remittit penas ob Simoniam  
in Ordine, vel beneficio contractas c. Quia Simonia-  
cus 1. q. 1.

Décimum quartum: Solus ipse relaxat, commutat, in-  
terpetatur ius hancandum in sebus & personis aliquis mo-  
menti, & venerabilem & eos de Electio.

Décimum quintum: Quem ipse anathemati subiicit,  
alius ab eo vinculo solvere non potest. c. Inferior. dif. 21. &  
c. cum inferior, de maiorit. & obed.

Décimum sextum: Quem ipse prudens, ac sciens salu-  
tat, ab omni interdicti & anathematis vinculo solvit. Cle-  
mer. Si summus, de sent. excom.

Décimum septimum: Nemo potest ab excommunicatione  
solvere, cuius absolutionem Rom. Pontificius Ca-  
nonicum referuavit, c. super de sent. excom.

Décimum octauum: Nullus potest irregularitatem  
tolleat contractam ob impedimentum notabile animæ  
vel corporis, vel ob vitium natalium, vel ob infamiam aut  
crimen manifestum atque notorium dignum dispositio-  
ne, quam vocant, & adulterio grauius. c. at si Clerici. de iudi-  
cios. & ibi DD. cum Glossa. Vnde solus ipse dispensat cum  
eo, qui sciens bis Ordinem sacrum suscepit. c. saluberrim. 1.  
q. 7. vel bis Sacramentum Confirmationis, vel baptis-  
matis accepit. c. eos. c. quibus. de confit. dif. 4. vel ob homici-  
dium voluntarium, aut membra humani amputationem  
in c. miror. c. si quis viduam. dif. 50.

Décimum nonum: Quando causa, vel per appellatio-  
nem, vel alia ratione ad Papam defertur, sive deuoluitur,  
nemo potest eam dirimere, vel de ea sententiam ferre.

Vigesimum, Q. & sunt dubia; vel obscura in Rescriptis  
pontificis, vel mandatis Apostolicis, ipse solus interpre-  
tatur. c. pastoralis, de fide instrum. c. cum venisse, de Iudicis c.  
de Confirmatio. vii.

Vigesimum primum: Ipse solus potest beneficia, qm  
incompatibilia iure dicuntur, vni eidemq. clericis confer-  
re: cuiusmodi sunt beneficia similia sub eodem teato, hoc  
est, in eadem ecclesia constituta. DD. in c. literas. de concess.  
probab. Due istidem Cathedrales. DD. in cap. dudum. de elec.  
l. Due parochiales, vel beneficia eorum animatum ha-  
bentia vel dignitatem, Abbas in c. de multa de probab. nu. 19.  
ea item in quibus iure, priuilegio, vel confuetudine quis  
residere, vel commorari debet. Concil. Triden. Sess. 7. c. 2. 3  
& 4. ea item, quorum vnum sufficit ad clericum honeste  
sustentandum. Concil. Triden. Sess. 24. cap. 17. Præterea ipse  
solus potest alteri ius couferre ad beneficium vacaturum,  
cap. nulla. de concess. prob. cap. licei. 1. de probab. in 6. Item, in  
beneficiis annuas pensiones constitue, & consiliarias  
transferte, velius eas redimendi concedere: nam id cap.  
primo, [ne beneficia sine diminutione conferantur.] pro-  
hibitum est. Item, beneficium ad certum tempus, non in  
perpetuum conferre. DD. in c. a. cum temporalis. 7. q. 1. c. 1. de  
Capell. Monach. in 6.

Vigesimum secundum: Ipse solus potest certis ex cau-  
sis Regibus & Imperatoribus Regnum, aut Imperium adi-  
mere, id probat consuetudo in ecclesiis recepta.

Vigesimum tertium: Ipse solus potest aliquem in San-  
ctorum casitum numeram referre: hoc enim Sedi Apo-  
stolicae reseruauit Alexander III. c. 1. de reliquiis & venerat.  
Sanctorum. Quidam olim senserunt, id iurius esse penes Episco-

pum in sua ditione; propterea quod ca. i. de Confess. d. 3. dicitur: *Et illa festivitas; quia singuli Episcopi in suis Episcopatibus, cum populo collaudauerint. Glossa tamen eo in loco, c. vlt. de reliq. & venera. Sancto. & constans Canonici iuriis interpretum sententia docet, id ad solum Rom. Pontificem pertinere.* Verisimile videatur, olim Episcopos consueuisse aliquos in sanctorum hominum in regno cœlesti regnantium numerum adscribere statim, ut evidenter constaret eos pro Christo mortem subiisse. Colebantur vero illi tanquam Sancti, hoc est, festi & sacri: illis dicabantur templa, vel altaria in eorum honorem erigebantur; publica sacrificia super eorum corpora, ossa, cineres, & reliquias offerabantur, eorum corpora, vel reliquias publico & solemnni ritu reponabantur, asperabantur & colebantur. Et quia hoc Episcopi faciebant, Alexander III. id Rom. Pontifici reseruauit.

Vigesimum quartum: Solus ipse Röm. Pontifex potest multa iritare facere: rescindit enim si beneficia conferantur ab Episcopo, qui interdicendum viola uit: cap. tanta, de excesso Prelato. Auferre etiam nutu suo, ita ut f. etum valeat, potest beneficia prius obtinere: ex ca. per principalem. 9. quest. 3. Glossa ibi. c. in memoriam d. 19 c. quam sit graue multa, do excesso Prelatis. Decimus in c. vlt. de confirmat. utili. multa item è contrario aliquo non rata, sua auctoritate confirmat, ita ut vim & robur habeant, communis sententia est.

Vigesimum quintum: ipsius est generales omnium Episcoporum constitutus cogere, & habere. distinct. 17. per multa capita.

Vigesimum sextum: Ipsius est omnibus Archiepiscopis pallium concedere: nam etiam si quatuor Patriarchæ illud suarum ditionum Archiepiscopis confesse queant, non tamen omnibus in orbe terrarum constitutis. c. antiqua. de priuilegiis.

Vigesimum septimum: Etiam Abbate, & Monachorum Contentu lauitis potest Monachum è Cenobio euocatum, & assumptum certæ Ecclesiæ preficere, vel Episcopo, vel Principiadiutorem, & locum dare, vel apud se retinere. c. per principalem 9. q. 3.

Vigesimum octauum: ad cum solum perciuet isti pedimenta matrimoniorum contrahent dirimentia tollere, ne vim & locum habeant. ca. non debet. de conlang. & affi.

Vigesimum nonum: Nullus, nisi Röm. Pontifex potest extra tempora aliquem ad Ecclesiasticos ordines promovere. c. consultationi. de temporib. ord. Item extra tempora nullus nisi ipse potest sacros Ordines diebus profani conferre. c. 1. & 2. & de eo. de Temporib. ordinat. Nemo item potest vna eademque die aliquam ad sacros duos Ordines prouochere. c. dictus. de temporibus ordinatio. Neque potest aliquis duobus continentier diebus duos Ordines sacros dare, puta Diaconatum sabbato, & die Dominico Sacramentum. c. litteras. de temporibus ordina. Item, solus Papa potest concedere, ut quis ordines accipiat ab Episcopo alieno. c. consultatione cit.

Trigesimum: Nullus potest ad superiores Ordines promovere ordinatum à Papa, sine ipsius confessu. Doctores in ea. Cum in distib. uendis, de tempor. ordin. quamvis hoc ex eo capite non colligatur, ut Glossa norauit, ibi enim agitur de Subdiacono Romanæ ecclesiæ subiecto ratione domiciliis, vel beneficiis.

Trigesimum primum: Solus Papa in die sua consecra potest ordines conferre c. quod sicut. & Præterea, de Ecl.

Trigesimum secundum: Eius solius est Abbatibus, & aliis inferioribus concedere Episcoporum insignia, mitram, baculum, & annulum. Vt us id probat, & communis sententia.

Trigesimum tertium: Solus ipse potest vniuersitatem auferre, & alteri concedere ex iusta causa, c. cuncta. c. per prins. 9. q. 3.

Trigesimum quartum: Ipse solus potest quadam bona & iura Ecclesiastica laicis conferre, puta potest decimas partes fructuum ex beneficio Eccl. iustis de causis Regibus & Principibus addicere. Item, potest Regi & Princi-

pi priuilegium concedere, ut beneficia in Ecclesiæ ditionis sita, obitu beneficiariis destituta, conficeret queant. Potest etiam laico auctoritatem & potestatem dare, ut aliquos excommunicationis vinculo possit obstringere. Borgas. de irregulari. p. 1. n. 40. ubi alios aut. citat.

Trigesimum quintum: solus Papa potest committere presbytero, ut Chrisma conficiat, vel infirmorum oleum conseruat, vel confirmationis Sacramentum ministret, vel Minores Ordines conferat. Abbas in c. vlt. de confisi. quidam questionis apud aliquos est dubius, an id etiam iuris possint quatuor Patriarchæ delegate presbyteris sibi subieclis. Item, questionis dubius est, an Papa queat presbyteri concedere priuileg. quo possit factos Ordines conf. c. e. de quibus libro proxime seq. dicam.

Trigesimum sextum: solus ipse habet Sedem sibi à Domino traditam. c. per venerabilem, qui filii sunt legitimi. & ca. Maiores. de Baptif. & c. cum ad Monach. de statu Monach.

Trigesimum septimum: Ipsius est Generale Conc. confirmare, & eius constitutiones probare vel impiobare, & inter p. etati, ut patet ex dis. 17. per multa capita. c. statutum. de s. cib. & de rafcr. in 6. & aliorum scripta damnare c. damnamus. de summa Trinit. & Fide Cathol. & c. Si Romanorum. d. 19. c. fraternitat. de Har.

Trigesimum octauum: Ipse solus absolvit Incendiarios publico excommunicationis vinculo adstrictos. cap. conquesti. cap. sua, de sent. excom.

Trigesimum nonum: Ipse solus potest concedere Monacho, ut claustra egrediatur ad inserviendum Prelato, vel Principi. e. qui resistit. 9. q. 3. & ut Nouitius eligatur. Abbas. v. offici. de elect.

Quadragesimum: Ipse potest concedere, ut Monachus, laicus, vel clericus sacerularibus minoribus solum Ordinibus initatus, Episcopus creetur. ca. miramus. d. 6. c. Vl. l. 33.

Quadragesimum primum: Solus Papa indulgere potest, ut qui excommunicationis maioris vinculo obstat. Ordines sacros sciens suscepit, vel sacris est operatus, suo munere & officio fungi possit. cap. cum illorum; de sen. ex.

Quadragesimum secundum: Solus Rom. Pontifex facultatem dare potest Monacho Apostolæ, qui in Apostolia sacrum Ordinem recepit, ut ministrare queat in ordine recepto. c. vlt. de Apostol.

Quadragesimum tertium: Solus Papa potest concedere, ut Religiöf. professi, cenobium egredi ad audiendas leges, vel Medicinam, ad ordines profoueri queant. cap. non magnopere, ne Cleric., vel Monach. Idem iuris est de clericis sacerularibus dignitatem, vel personam, vel Parochiale beneficium habentibus. c. super specula, m. Clirri, vel Monachi.

Quadragesimum quartum: Solus Papa potest priuilegium concedere, ut quis soluatnr à lege; qua quisque dicimam partem fructuum soluere cogitur, c. ex parte, & c. suggestum c. de decimis.

Quadragesimum quintum: Ipsius est nouos Religiöf. Ordines approbare: hoc enim Innocent. III. in Conc. Later. Sedis Apol. reseruauit, ut habetur c. vlt. de religio. dmo. propriecea quod quidam nouos Ordines fundaverat & exercent, qui in multis à recto veritatis tramite aberrauerant. Et alii nouorum quoque Ordinum inventores sepe a Rom. Pontifice approbationem perseruerant, nec tam men imperauerant. Olim Religiöf. statuta & regulae ab Episcopis approbabantur, ita ut quisque in sua Diccesi non extra approbaretur.

Quadragesimum sextum: Nemo potest clericos adire, ad contribuendum aliquid etiam in utilitatem, vel necessitatem urbium, vel aliorum locorum, quamvis non suspetant laicorum facultates, nisi prius Romano Pont. consulto. c. Aduersus. de Immunit. Ecl.

Quadragesimum septimum: Solus Papa potest plenissimas peccatorum condonationes, hoc est, indulgentias concedere. DD. in c. Cum ex eo, de priuileg.

Quadra-

Quadragestim octauum: Solius Papæ est generales Canones condere, c. ideo permittente. §. Si ergo primum. 25. q. 1. Præterea in 6. & Clementinis multa alia Romano Pont. referuantur.

Primum in c. vlt. de rescript. in 6. solus Papa concedit, vt Beneficiarius, quamvis perpetuo abfis ab Ecclesia ex aliqua iusta causa, fructus beneficij percipiat.

Secundum: Nullus, præter Roman. Pontif. potest renunciacionem beneficij admittere; gratia alterius factam c. deliberatione, & problemus de off. Iud. de le. in 6.

Tertium: In eadem Ecclesia ablique indulgentia Rom. Pontificis, nemo potest duos Personatus, vel dignitates, vel expofituras, vel Administrationes, vel officia, vel corrum alterum cum Canonico simul habere. cap. 1. de Confutat.

Quartum: Ecclesiæ Cathedralis administrationem nemo potest dare, nisi papa. c. Is cui de elect. in 6. & c. Ecclesiæ Caibedrali, de supplen. neglig. Prelat. in 6.

Quintum: Beneficia in Curia Romana vacantia nemo content nisi Romanus Pontifex. cap. 2. de Præben. in 6.

Sextum: Episcopo adiutorio nemo dat, nisi Papa, sa. 1. de Elett. in 6.

Sepimum: Nemo nisi Papa, concedere potest, vt Religiosus habeat plures Ecclesiæ. c. Cum singula. de præben. in 6.

Octauum: ij, qui S.R.E. Cardinalem hostiliter fuerint infequati, vel perculserint, aut ceperint, vel socii fuerint facientium, aut fieri mandauerint, vel factum ratum habuerint, aut confilium dederint, aut postea recipraverint, vel defendent scienter, postquam missi ad presentiam agendum ultra mare, sine Rom. Pontificis consensu redire non possunt, c. felicis. §. cum autem. de pœnis in sexto.

Nonum est, in cap. Hoc consolissimo, de rebus Ecl. non alienan. in sexto. Vbi viuueri, & singuli Prelati prohibet: ut Ecclesiæ sibi commissas, bona immobilia, seu iura ipsorum laicis submittere, subjecere, seu supponere abique Capituli sui consensu, & Apostolice Sedis licentia speciali.

Dicimum, & Undecimum: habentur in cap. 1. de Relig. domib. in sexto: Videlicet, vt Religiosi profisci in Ordinibus Regularibus, approbatæ auctoritate Papæ post Concil. Lateranen. sub Innocentio Tertio nullum ad professionem recipient, loca noua non emant, & vetera non vendant, sine licentia Sedis Apostolicae: ea enim dispositioni Romani Pontificis reseruat, vel in Terra sancta subdium, vel alios pios vsus, per locorum Ordinarij, vel eos quibus ipse Papa commiserit, contuertenda. Nam tamen Constitutionem dicit Pontifex ad Prædicatores & Minoræ non extendi, propter evidentem virilitatem ipsorum: nec ad Carmelitas, vel Eremitas Augustianos, quia Concilium præcellerunt. Item, & quia personæ regulares ordinum, ad quos proutendit constitutio, possint licite transire ad alios ordines approbatos, sed non Conuentus ad Conuentus, sine speciali licentia Papæ:

Duodecimum: in c. i. de Schism. in 6. Vbi Iacobum & Petrum Columnenses Cardinales, Cardinalitia dignitate priuata, & aliis pœnis afficit Papæ referuntur.

Dicimum tertium: in c. i. de excess. Prelato. in 6. Mendiantes religiosi non possunt acquirere noua loca ad habitandum, vel antiqua alienare, vel mutare, sine speciali licentia Papæ.

Dicimum quartum: in Clem. Ne Romani, de Elec. Collegium Cardinalium, sede vacante, iurisdictionem paleam exercere non potest, nisi quatenus permittit Lugdunense Concilium sub Gregorio X.

Dicimum quintum: in Clem. In plurisque, de elec. sine speciali licentia Papæ, nullus potest pastores dare Ecclesiæ Cathedrali sibi qualitercumque subiectæ, que Clericat, & populo Christiano. Religiosus à Prelato suo licentiam habere non debet, vt in tali prouisione consentit.

tat. Consentiens etiam si fuerit consecratus, sui Monasterii Priori Prelato subiectus manet, nec in Episcopum recipitur; nec ad aliquem honorem promouetur, & quæ contra fient, irrita decernit.

Decimum sextum: in Clem. Dudum, de Iudicio. Constitutionum Bonifacii VIII. quæ habet, vt citationes extra dies solemnes publice factæ, mandato Papæ in Auditorio Apóstolicō, affixa Ianus maioris Ecclesiæ in loco, vbi Papa, cum curia commoratur, obligent eum, qui citatur, perinde, ac si ad ipsum personaliter decreverint, restringit Clemens V. ad eos, qui impediunt, ne ad ipsos possit citatio peruenire: & ad eos, ad quorum domicilia tutus non patet accessus.

Decimum septimum: in Clem. Quia contingit de Religiosis domibus. Legata ad pias causas factæ nem o altus nisi Rom. Pontifex potest ad alios vsus converttere, vel transferre.

Decimum octauum: in Clem. 1. de censibus. Solus Papa concedit priuilegium Monasteriis, & Ecclesiæ Religiosorum, vt liberentur ab obligatione soluendi procurations Legatis Apóstolicis, & iura Episcopalia.

Decimum nonum: in Clem. Cripientes, de Paenit. Vbi Papa excommunicat violatores constitutionis Decret. 1. de sepul. in 6. & absolutiones sibi reservat.

Vigesimum in Clem. 1. de privilegiis, in qua Papa potest se calus, in quibus religiosos excommunicat, & abolitionem sibi referunt. Porro calus sunt: Si Religiosi Clericis, aut laicis Sacramentum unctionis extreme, vel Eucharistia ministrare presumperint, matrimoniove solemnizare, non habita super his Parochialis presbyteri licentia specialis: aut qui excommunicati à Canone præterquam in casibus à iure expressis, vel per privilegia Sedis Apóstolica, concessis, vel a sententiis per statuta provincialia, aut Synodalia promulgatis, absoluere quemquam presumperint, in excommunicatione sententiam incurvant ipso facto, per Sedem Apóstolicam duntaxat absolvendi. Sic ibi.

Vigesimum primum in Clem. Litteris, de Probationib. Vbi habetur: Verba literarum Apóstolicarum, quib. Papa proprium factum narrat, plene probant, si super illus gratia vel intentio Papa fundatur.

Vigesimum secundum: in Clem. 1. de Elett. Nullus nisi Papa concedere potest, vt Religiosus aliquis eligatur in Abbatem, vel Prælatum alterius Religious, vel habitus: nam si contra fiat, est irritum & inane.

Vigesimum tertium: est apud Doctores in Clem. 1. de celebrat. Missar. Nullus nisi Papa potest soluere clericos sacris Ordinibus initiatos ab obligatione recitandi preces Horarias diurnas & nocturnas.

Præterea in Constitutionibus, quæ extravagantes dicuntur; quædam etiam Romano Pontifici referuntur. Primum, vt nullus possit esse Comes, vel Capitanus in locis, vel terris Romanæ Ecclesiæ diotioni subiectis, sine consensu Romani Pontificis. Extravag. Ecclesiæ Rom. de Maior. & obed. inter Extravag. Ioan. 22.

Secundum: Quando aliquis recipit secundum beneficium, quod incompatibile cum alio, Iura vocant, & illius possessionem adeptus est, vel per ipsum fiat, quo minus illud assequatur: ita vacat primum incompatibile, vt illud statim dimittere in Ordinarii manibus cogatur: quod si non dimiserit, verrupit; vacat, Romani Pontificis solius est illud tunc conferre. Extravag. Exeterabilis de Præben. §. Qui vero deinceps, inter Extravagantes loquuntur 22.

Tertium: habetur in Extravaganti, ad Apostolatus: de concess. præben. Ioan. 22. vbi facta diuisione Episcopatum, nihil detrahiri potest iuri Archidiaconi, vel alieuius alterius dignitatem habentis in Ecclesiæ Caibedrali, que dividitur: nisi quod Romani pontificis auctoritate in ipsa diuisione, vel postea facit constitutum.

Quartum: vt vacante Imperio nullus sibi assumat no-

men Vicarii Imperatoris, vel cuiuscumque alterius publici

ministri, sine peculiari Romani pontificis consensu: & qui

id non seruauerint, puniuntur, Extravag. Si fratrum, n. sed

vacante Ioanni 22.